

ventus possent dictam vineam unam et tertiam pro indiviso auctoritate propria absque licentia Curie capere ingredi ad eorum dominium renuntiare prout hec et alia Instrumentum ipsum plene continet et declarat, Verum quia asseruit coram nobis dictus notarius Iohannes procurator procuratorio nomine q. s. dictum Robertum (1) cessasse in solutione dicti Censuum tarenorum septem et granorum decem per triennium in ipso statuto termino et post, quidquid fuerit dictus Robertus exinde per eundem notarium Iohannem procuratorem *etc.* pluries exinde requisitus, dictus notarius Iohannes *etc.* nos requisivit actente super hoc officium implorando ut una cum eo ad predictam vineam unam et tertiam dicti Roberti pro ipso Censui solvendo eisdem Monialibus et conventui obligati per eum personaliter accedere deberemus visuri pignorationem et captionem dicte vinee unius et tertie quam propriam facere intendebat ac facturi pro parte dictarum Monialium et conventus dicti Monasterii pro Cautela dicti Monasterii publicum Instrumentum *etc.* ad dictam vineam unam et tertiam dicti Roberti una cum dicto notario Iohanne *etc.* nos contulimus, qui predictus notarius Iohannes procurator procuratorio nomine q. s. in nostri presentia et testimonio auctoritate et licentia seu potestate eisdem Monialibus *etc.* per eundem Robertum et eius heredes tradita et concessa in dicto Instrumento contenta nomine et pro parte dictarum Monialium Ingressus est dictam vineam unam et tertiam *etc.* ipsas quoque pignora vit et cepit per vites Clebas et arbores pro censu predicto *etc.* et a predicto die *etc.* possidere cepit. In cuius rei testimonium *etc.* Quod scripsi Ego prefatus Paulus publicus ubique per totum Regnum Sicilie Regia auctoritate notarius qui predictis rogatus interfui et meo consueto signo signavi. (*Segno*).

† Ego Petrus de Palmerio q. s. Iudex predictis interfui et me subscripsi. (*Segno*).

† Iudex Robertus de Maroldo testatur.

† ego stefanuso de fiorenze testo sonto (*sic*).

† Ego jonnusius de ture provincialis testis.

Notitia testium:

Abbas Angelus de marra, Iudex Robertus de Maroldo, Iohannes provincialis, Lillus Rossi de marra, notarius Nicolaus monachus.

N. 171.

A. D. 1341

(10 ottobre; Indiz. IX)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	Nicolaus de magistro Leone not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,50; larg. m. 0,38.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	Lillus, Iohannes et Thomasia, figli qd. Nicolecti de Argentera, vendono al nobile Nicolaus Iudicis Franci de Salpis 27 ordini di viti quadraginali, in cluso S. Marci, al prezzo di once 31. L'anno di data si calcola <i>secundum cursum Baroli</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

(1) Notare la identità di *Bertellus* come diminutivo di *Robertus*.